



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

243. An ingressus mulierum in claustra viorum regularium prohibeatur sub peccato mortali? Et an hoc prohibitum sit in Bulla Pii V. & Gregorii XIII. it aut non excusentur à mortali excommunicatione? ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

Tractatus Primus,

154

RESOL. CCXLI.

An si Religiosus, vel Monialis in delectationem morosa
consentiat, violat votum Castitatis? Ex p. 7. ut. 11. &
Misc. 2. Ref. 3. 4.

§. 1. Negatiue respondet Eusebius de Herrera
in Decisionibus moral. decif. 6. num. 9. vbi sic
ait: [Si el pecado de la delectacion morosa, milita
contra el voto de castidad? Respondo, que no milita
derechamente contra el voto: si bien se considera:
porque no ay voluntad de quebrantarlo, y don-
de falta la voluntad no allega la culpa, verb. gr. Si
Sup. hoc in
en Religioso se effunieste deleytando en si, en pen-
tom. 1. ut. 7.
Ref. 100. lege sat en colas veneres, pero no tiene voluntad, ni
doctrinam §. consiente en ellas, sino solo le recrea con ymagi-
nari, pote me-
diun à vers.
Verum, & §.
cius vit. not.
narias o penitencias, pecca mortaliter, con pec-
ado que se llama delectacion morosa: pero yo no
dite, que este es sacrilegio, contra el voto de la ca-
stidad, pues tiene intento de guardarla, no confundiendo en acto que le perjudica, y contradiga. Co-
mo si uno hiziese voto de yr a Hierusalem, y le pu-
siese a pensar, que es bueno estarle en su casa con re-
polo, y gustasse de pensar en esto, aunque con la
voluntad no consiente en quedarse en casa, sino en
yr a Hierusalem, no diremos que la delectacion que
este tuvo militava contra el voto, ni le quebrantava,
ni nadie le condonara por sacrilegio. Lo qual deben
aduertir los confessores, para no condonar por sacri-
legio qualquiera pecado mortal del religioso.] Ita
Herrera.

2. Sed affirmativa sententia adhaerendum esse pu-
to, quam tuetur Reginaldusto. 2. lib. 22. cap. 2. num. 14.
Trulench in Decal. tō. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 7. num. 2. Fil-
liuciustom. 2. tr. 33. cap. 7. num. 22. Alphonsus de Leo-
ne de Off. & Poteſt. Confess. Recollect. 9 n. 155. & alij.
Dicendum est igitur eum qui habet castitatis votum
abolutum, si complacet sibi in delectatione vene-
rea etiam sine aff. & tū ad opus venerium peccare non
tantum peccato fornicationis, seu contra castitatem,
sed etiam peccato sacrilegii, & contra Religionem.
Ratio est, quia votum castitatis abolutè emulsum,
comprehendit non solum opus externum, sed etiam
delectationem omnem contra castitatem; cum de hac
emulsum si absoluto, & sine restrictione.

RESOL. CCXLII.

An Regularis, qui suadet alteri Religioso, ut adulterium
committat, & perpetret, peccet, contra votū Castitatis?
Et docet Moniale, vel in Sacris constitutum propriis
taetibus seculari polluentē sine propria delectatione
satisfacere in confessione, si dicat, tangens impudice
alium pollui, nec teneat explicare suum statum.
Et qui pollutus est, sufficit dicere, alienis taetibus pollu-
tus sum non explicans viri, ani mulieris secularis, vel
Regularis. Ex p. 7. ut. 11. & Misc. 2. Ref. 2. 7.

Sup. hoc in §. 1. A D hoc dubium ita respondet Caramuel in
tom. 1. ut. 7. Reg. D. Bened. disp. 66. num. 986. Monachus
Ref. 101. §. qui persuasione, vel cooperatione concurrevit ad hoc,
vit. ad mediū. Not. vt alius seu monachus, seu secularis vadat ad con-
tame, & me-
cubinam, peccauit quidem mortaliter, sed non con-
clus ad rem tra suum votum Castitatis. Demonstratur; quia ipse
in alio § eius non habuit rem cum tali pellice, sed fecit vt alias ha-
beret, vnde teneat in confessione dicere: Feci quid
alias secularis, vel Religiosus ieret ad seculari, vel
religiosam; teneat explicare statum peccantium,
non vero suum; atque id si sit in habitu seculari,

non tenetur dicere se esse Religiosum: ratio est, quia
ipse non peccauit contra votum, imo neque contra
sexum praeceptum Decalogi, sed contra quintum;
fuit enim illis scandalo, & occasio ut peccaret
contra sextum. Praeterea In hoc scandalo, len perfu-
sione, nulla voluptas sensualis r. peritur, nulla ven-
erea delectatio, neq; in hanc affectus, sed solum &
peritur malitia voluntatis animam alterius occiden-
tis, & hoc est contra quintum. Hinc habes soluti-
nem ad calum querentem.

2. Petrus ut sollicitaret quandam Religiosam, vna
est industria amici secularis, & tandem industria Re-
ligiosi, confusus, vte gravis peccat, secularis, an
Religiosus, siquidem utique aequaliter concordat
religiose illius prævaricationem. Responde vnu-
que peccasse aequaliter, quia neuter habuit rem ve-
nerare, sed fecit quod religiosa habebat. Hec omnia
Caramuel, cui doctrina videatur adhaerere Sanchez
in S. I. tom. 2. lib. 5. cap. 6. num. 10. Sed circa praefe-
tem questionem vide Cardin. Lugum de sacram. Pen.
disp. 16. sect. 4. n. 152. & seq.

3. Non desearis hic obiter adnotare quod Car-
muel mi citato docet etiam Montalem, vel in facili
constitutum propriis taetibus seculement pollucent
sine propria delectatione, satisfacere confessioni si
dicat tangens impudice alium pollui, nec teneat ex-
plicare suum statum; & qui pollutus est sufficit dicere,
taetibus alienis pollutus sum, non explicans vnu
aut mulieris, secularis an regularis. Sed in viro
cau disserit P. Magister Candidus tom. 3. disquis. 2. art.
2. 4. dub. 5. & 6. Quia, at ipse, gravis iniuria contumelias
videtur inferri faerae professioni religiosi, & facia
ordinibus eo ipso, quo quis virtute taetibus profectus
& constituti in sacris Ordinibus, vt instrumento ad
immundissimum hoc peccatum contra naturam pe-
petrandum; Ergo cum haec sit circumstantia graviter
evidenter aggrovata, est explicanda in facio peni-
tentiae sacramento. Verum aduersus amicissimum P.
Candidum non solù nomine, sed etiam moribus &
doctrina, opponam ex sua inclita Religione P. M. Nic.
Molicensen in Tyriconio S. Aris Penitentia. §. 1.
§. de Luxuria, num. 10. vbi sic ait: Nota quod quando-
mollitis committeretur taetibus Religiosi, vel in
ordinibus maioribus constituti: tunc si qui patitur
secularis est, non tenetur amplius dicere, nisi licet alius
sum voluntarie pollui taetibus alienis. Et vicever-
sa, Deo dicatus, satisfacit dicendo: Tangebam alium
impudice usque ad pollutionem eius. Neque tenetur
explicare se esse Deo dicatum per professionem, mil-
litione scandali, vel nisi etiam si illi interuenient pol-
lutione, si voluntaria indirecte, videlicet in causa
(quo causa solus Deo dicatus explicare debet fe-
re talem) siue propter mutuum tactum, quo causa
cularis etiam addere debet circumstantiam com-
plicis: quia ibi persona sacra violata est. Ita Molicens.

RESOL. CCXLIII.

An ingressus mulierum in Claſſa virorum Regularium
prohibeat, sub peccato mortali?
Et an hoc prohibetur sit in Bulla Pij V. & Greg. XIII.
ita ut non excusat a mortali, & excommunicatio
Et notatus faminas, que in casibus permisit ingressus fact
in aliqua loca Monasteri, excusari ab excommuni-
catione, etiam si postquam ingressus sunt, ad ultiora
loca progrediantur, &c.? Ex part. 4. tract. 4. &
Misc. Ref. 179.

§. 1. A D hoc dubium ita responderet Layman in
Theol. moral. lib. 4. tractat. 5. cap. 12. num.
4. ingressum mulierum in monasteria viorum Re-
gularium

De Dubiis Regularium. Ref. CCXLIV. 155

gularium non ita certum est sub peccato mortali, aut excommunicationis censura prohibitum esse, tamet enim allegari solet Bulla Pij V. & Greg. XIII. est tamen valde probabilis sententia aliquorum non fuisse mentem horum Pontificum noui iure condito ingressum mulierum in Monasteria virorum prohibere, sed solum paci & quieti Regularium prospicere, ad quorum Monasteria Marchionis, Comitissae, &c. prætextu priuilegiorum ipsi concessorum contra instituta eorumdem Regularium, & interdum non sine molestia ipsorum ingredi præsumebant. Ita ille. Et licet pro contraria sententia adducatur quædam declaratio Pij V. hanc authoritatem non constare respondeat Layman, qui etiam adducit Suarez tom. 5. disputatione 2. sect. 6. vbi sic afferit. In communi iure Pontificio, neque in aliis Pontificum decretris inuenient generali legem prohibentem ingressum mulierum in monasteria virorum sub mortali, neque etiam ex natura rei, aut ex ipsa professione video in hoc actu per se & intrinsecum malitiam; & ideo non existimo in vniuersum esse hoc peccatum mortale, si excludantur circumstantiae mali finis; scandali, violentiae, iniuria Monasterio illatae, &c. Hac Suarez. Sed haec opinio mihi non placet; vt nec Bonacina vbi supra punct. 2. n. 6. & punct. 3. n. 1. quia Bulla Pij V. claram loquitur, & est in Bullario posita.

Quod hoc 2. Notandum est etiam hic obiter aliquos doce-
re in Ref. te feminas que licet in casibus permisisse ingressum
fuerint in aliqua loca Monasterij, excusari ab excom-
municatione, etiam postquam ingressæ sunt, ad
alteriora loca progrediantur, quia licet peccent con-
tra obligationem clausuræ, immorari, vel vt
nihil deinceps progrediendo, nihilominus penam excommu-
nicationis incurtere non videntur, quia hac lata est
contra feminas pœnamente ingredi Monasteria.
Religiosorum: feminæ autem ingressa non dicitur
ingredi, sed immorari, vel ad loca Monasterij ambu-
lare, percurrere, aut visitare, ergo, &c. & hanc
opinionem probabilem esse docet Bonacina tract. de
clausura, quest. 5. punct. 4. num. 16. Sed aliquibus, &
mihi non placet.

RESOL. CCXLIV.

An hodie mulieres possint ingredi Claustra Regularium comitando processiones?
Et an hoc prohibitum sit in constitutionibus Pij V &
Greg. XIII. Ex part. 7. tract. 1. 2. & Misc. 3. Ref.
6. alias 4.

Sed legge §. 1. Nouissimè Iohan. Anton. Nouarius in summa
Bullarum tomo secundo, tit. de Claustra super
Bullam Pij V. num. 6. negatiuum sententiam docet, &
adducit Declarationem Sacrae Congregationis Rituum tenoris sequentis: Illust. & Reuer. DD. Ar-
chidiacaonus Oriolan. exponit DD. VV. Illustris. &
Reuerend. qualiter in Civitate Oriolani, vnu, seu for-
san, etiam confutidine immemorabilis introductum
est in aliquibus Monasteriis Regularium scientibus,
& non contradicentibus Episcopis pro tempore, vt
annuatim faciunt suas Processiones tam solempnes
Rogationum, Candelarum, Palmarum, de Sanctissimo
Sacramento, ac alias, quam priuatas de Cruce
tempore Passionis, de Rosario, de Carmine, de Cin-
gulo S. Francisci, de corregia S. Augustini, cum
huiusmodi singulis mensibus per claustra diectorum
Monasteriorum comitantibus, vindicante devotionis,
& Religionis causa, utriusque sexus fidibus, quod
cum videatur contrarium constitutionibus Pij V. &
Greg. XIII. quibus præcluditur aditus mulieribus ac-

cedendi ad claustra Regularium, id est orator supposili-
cat declarari, an hoc iure licet.

2. Sacra Rituum Congregatio respondit non lice-
re mulieribus comitari processiones per claustra Mo-
nasteriorum Regularium, nisi adest in hoc expressa
licentia Sedis Apostolica die 3. Septemb. 1628. Ful-
lius Benig. Secretarius. Et idem Nouarius ex his sic
concludit. Hodie stante dicto Decreto non licet mu-
lieribus ingredi claustra Monasteriorum comitando
processiones absque expressa licentia Sedis Aposto-
lica.

Sed an dicta Declaratio sit vera, & authentica ali-
qui dubitant, stante Declaratione mentis Pij V. facta
per Cardinalem Alexandrinum, & per extensem ad-
ducta ab ipso Nouario, vbi supra.

3. Et licet Nouarius dicat hodie cessare supradi-
ctam Declarationem mentis Pij V. factam per Cardi-
nalem Alexandrinum stante supracitato Decreto S.
Congregationis Rituum, videmus vnum esse in contrariu-
m & idem relinquendo alios DD. adducant hic
tantum verba M. Texeda in Contr. Moral. tomo primo,
lib. 2. tr. 1. contr. 17. num. 8. vbi sic ait Procul dubio ve-
rum est aliquando licitum esse feminis intra clau-
strum Religiosorum ingressum, vt alludent Nauar. &
Rodrig. qui bene subdit, sic declarasse Pium V. viua etiam Ref.
vocis oraculo, & idem licitus est feminis ingressus seq.
intra religiosorum claustrum tempore processiones, &
quando celebratur in aliqua Capella Missa intra clau-
strum, vel dicuntur vespere vel fit officium aliquius
defunctorum: quod tamen intelligo pro tempore quo du-
ravit prædicta officia; & idem circa illa verba Pij V.
viua vocis oracula prolatæ, nempe, vel alterius cuius-
suis officiis: intelligit Pontifex omnia dumtaxat offi-
cias pia, & religiosa, quæ conducent ad devotionem
augendam eorum, qui ingrediuntur, & idem etiam
licitus est feminis ingressus intra religiosorum clau-
strum, quando quis ad habitum recipitur, aut pro-
fitetur, & etiam quando in Paracœve fit religiosorum
pedum locio, vel legitur Euangeliū; in quibus
casibus possunt ingredi feminæ etiam ad eum locum; quem
De profundis vocant religiosi, si sit coniunctus
claustro, & patens abique porta. Si autem fuerit clau-
sus, in illum ingredi non possunt.

4. Finitis tamen officiis tenentur feminæ statim Sup. hoc in
exire, aduentendo tamen adiubrium illud (statim) Ref. præteri-
non debere accipi metaphysicæ, sed moraliter; & idem si finitis officiis feminæ aliquantulum detineantur in medium, &
claustro, etiam si fiat per quartam partam horæ, non infra in Ref.
funt huius præcepti transgresores, si detentis illa 349 § Ad se-
cundū, per non fiat malo fine. Quare recendum puto à Rodri-
quez dum afferit religiosum, qui finitis officiis est
causa, vt feminæ moram aliquam intra claustrum fa-
ciant contraenire huic præcepto, & incurriere præ-
dictas pœnas, quare dico hanc Authorem esse nimis
rigorosum & idem afferendum puto oppositum. Quia
huiusmodi pœna non sunt impotatae contra feminas
iustè ingressas, quæ se detinent in claustro, fed contra
male ingredientes, & pœna non sunt extendendas,
sed restringendas. Hucvsque Texeda.

5. Sed Reponit Sacer. Congr. me torquet, præser-
tim quod declaratio Cardinalis Alexandrini est viua
vocis Oraculum, vnde videtur corrure stante Bulla
S. D. N. Urbani VIII. Sed nouissimè Portel Resp.
Mor. par. 2. Cas. 1. 3. num. 1. 3. tangit hanc difficultatem.
adi illum & non pigebit: Nota tamen quod post hac
scripta inueni nostrum P. Leone de Cenfuriis Recollect.
4. Litera M. fol. 360. col. 2. hanc questionem per-
tractare, & docere posse hodie mulieres ingredi claustra
Regularium modo quo supra, & responder ad declara-
tionem S. Congregationis à Nouario adductam, &
hoc praxis obseruat.

RESOL.